Quelle:
Copyright:



Cod. LXI.

Chartac. 4. min. Sec. 15.

I.
5. 2.

S. Boëtii Libb. V. de Consolatione Philosophiæ.

3a–173a

1.

S.ti Boëtii Libri V. de Consolatione Philosophiæ, cum excerptis ex Comentario, qui perperam S. Thomæ de Aquin. tribuitur. Quo folio primo de Boëtii fatis, scriptis &c. legentur ex eodem Comentario desumpta sunt. Titulus operis est: „Anicii Manlii Torquati Severini Boëtii ordinarii „patricii viri exconsulis de consolatione philosophie „liber primus incipit Metrum primum heroicum „elegiacum." Initium: „Carmina qui quondam „studio florente peregi". Finis: „quom ante „oculos agitis iudiciis cuncta cernentis." „Gloria „deo sempiterno. – Contuli codicem nostrum cum edit. Norimb. per Joan. Koburger, 1473. eique consonam inveni.

Anicius Manlius Torquatus Severinus Boëthius, Author Christianus, vir ingenio et dignitate clarus, variarum Scriptor cognitionum: jussu Theodorici Regis Gothorum, cujus tyrannidi suffragari noluerat, carceri mancipatus et interemptus est A. Ch. 524. Plura de illo Fabr. Bibl. lat. l. 3. c. 15. p. 146. Authorem Comentarii non esse S. Thomam Aq. satis inter Eruditos constat; quis autem sit, non ita liquet. vid. cave. p. 728. Oudin. T. 2. p. 360.